Choinski — Debitum.

Stanislaus olim Laurentij Kalinowsky de Kalinowo antiqua Terrestris Sanus mente et cor-
pore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilibus Joanni et Martini Choinskie et ipsorum
posteris tenetur estque debitus certi veri et liquidi debiti mutuatique pecuniis summam
Decem florenorum polonicalium. Eandem summam idem recognoscens submittit se ac debitis quo-
omnibus cum posteris suis insimul eidem creditori suo sive eius successoribus hinc pro festo San-
cti Mathiae apostoli in anno Millesimo sexcentesimo quinquagesimo ipso proxime futuro para-
ta pecunia solvere reddere realiter ac effective reponere aut circa acta officij praesentis
reponere et relinquere repositam, ita ut eandem a se nuncius ab eodem officio recipere possit ne mo-
do quovis arrestare aut officiale inhibere sub vadio similiarum decem florenorum polonicalium et
coram officio praesenti in primo stationis termino peremptorie sententione pro vadio ac summa
essentiali satisfacere. Omnibus et universis iuris remedijs et defensionibus legalibusque im-
pedimentis etiam de iure concessis sibi que suos successores ab ineundo et abrenunciando.

Wyszkowsky — Demissio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Braniscen. personaliter comparens No-
bilis Albertus olim Stanislai Zoledowsky de Wyszki Terrestris Sanus mente et corpore existens pala
publice ac libere recognovit. Quia Nobili Joanni olim Thomae Wyszkowsky et eius posteris
obligationem terris immobilibus in bonis Wyszkiensibus sibi recognoscenti per eundem et Nobilem Alber-
tum patrem eius in duodecem florenis polonicalibus coram actis autenticis inscriptam Cum o-
mnimoda potestate eiusmodi inscriptionis sue parata intromissione tuitione evictione lige-
mentis in originali inscriptione contentis demittit et debitoris condescendit. Omneque et integrum
ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eius et ipsius successores plenarie transfert
et transfundit Intromittitque illi realem cum pacifica possessione per ministerialem Regni Generalem
et testes duos officio accessurum ad id dat et admittit.

Gzelsky Notarij T. B. Truski. — Donatio.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Braniscen. personaliter Com-
parentes Nobiles Christophorus Zawadsky et Marianna filia et Sigismundi Sierako-
wsky Coniuges, eadem vero Christophori Zawadski consors legitima cum praefati mariti sui tuto-
ris coniugalis personali assistentia et consensu praesentes Sani mente et corpore existentes
palam publice libere verbis per expressum recognoverunt et quilibet eorum ex suo
interesse recognovit. Quia Generoso Christophoro A Zale Zolsky Notario Ter-
restri Bielscensi et ipsius legitimis successoribus Bona sua omnia et singula mobi-
lia et immobilia in bonis et haereditate Truski consistentia se recognoscentes ipsos nominatim Ma-
rianam Sierakowska post olim Nobilem Paulum Sierakowsky fratrem germanum et No-
bilem Stanislaum filium eiusdem minorennem sterilem decessum iure naturali successionis
concernentia, ipsum vero Nobilem Christophorum Zawadski iure cessionario seu alio quo-
cunque modo et iuris titulo spectantia. Quae in areis, hortis, agris, pratis, campis syl-
vis, rubetis, fluvijs et eorum decursibus stagnis piscinis, praebensionibusque piscium, ae-
dificijs omnibus parvis et magnis seminatis hyemalibus et vernalibus et cum omnibus
in genere et singulis utilitatibus fructibus proventibus redditibusque ex eisdem nunc
et ab antiquo provenientibus nihil pro se et suis successoribus reservando et excipiendo
ex prout praefata bona in suis metis et limitibus se habent et extendant Cumque
omnimodo dominio proprietate propinquitate tituloque haereditario [illegible]